

Gratiam & pacem a deo patre & Domino nro Iesu  
Christo. amen. Cum forte fortuna oblatus esset vir bonus. qui  
sepe has meas ad vos bona fide perlaturum polliceretur. non  
potui obmittere. quoniam aliquid ad te scriberem carissime  
compator. & si nullum suppeditaret argumentum. Quid enim  
possum scribere. longo itinere. in quo nihil boni audimus. cum  
nemini adhuc familiaritate contraxerit. fatigatus. ac in alium  
pene orbem reuolutus. in quo & si multa placent. praesertim  
hominum simplicitas & integritas. nullum tamen adhuc sup-  
peditat scribendi argumentum. Quare fit. ut cogitationibus meis  
plane haeream apud vos. sollicitus de meis. sollicitus etiam  
de tota ecclesia. sollicitus denique etiam de amicis. inter quos. ut  
optime nosti. primarium semper habuisti ac habiturus es locum.  
Quare te vehementer rogo. ut meis. si quo modo poteris. vel verbo  
solatio esse velis. donec, quod breue spero, eos ad me in feliciore  
locum euocem. Incredibile dictu. quae mali loquantur omnes  
de Interim, & fabricatoribus ac receptoribus eius. Verum tamen  
ecclesia nihilominus affliguntur. & frustra ac sine fructu  
maledicuntur ei, quod mutare non possunt. Morbus huius  
seculi atrocior est. quam ut medicina ferat. nec secturis  
aut vstribus credo aliquid profectum iri. Separatio. sicut  
a leprosis. optimi consilium. Si modo fieri posset. futuram certe  
aliquando auguro ex sacris literis. quae non vno loco iubent  
nos e Babylone discedere. Sed deus ista viderit. nos quoque  
suam inter in crucem feremus. ad 29 decembr. longius iter  
ingrediar. Benignitate dei. quae haecenus sensi. porro secuturus.  
Quare deum pro me ora. & aliquando aliquid scribi. siquid  
habes. quod mihi audire velle arbitraberis. Bn vale in vno.  
Datj Vratislaviae. die Natalis Christi. quo magnum nobis an-  
nuntiatu est gaudium. quod si retinuerimus. salui sumus.  
utrumque seuiat mundus. Itaq; vale

J. A. Oslander.

e 107 f. 12. / 122